269 ITEM DE EADEM RE CAP. VIII.

Gregorius Anthemio subdiacono. Ratio nulla permittit ut propriis cuiusquam usibus applicetur quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

270 ITEM DE EADEM RE CAP. CLXXXII.

Gregorius Sauino subdiacono. Sacrilegum et contra leges est, si quis quod uenerabilibus locis relinquitur praue uoluntatis studiis suis temptauerit compendiis retinere.

62. DE LEGITIMIS CONIVGIIS

271 CAP. I.

Euaristus omnibus episcopis. Aliter legitimum non fit coniugium nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem habent et a quibus custoditur uxor petatur, et a parentibus propinquioribus sponsetur et legibus

---

269 *deest* Lc, *nonnulla cc. praem.* SVh (*vide proleg.* §§ 42, 43) 1 *rubr. om.* Σ (*praeter* Vh), Ex decretis Gregorii pape Vh, Item in eisdem Rc, De eodem *tantum* Fa, De eadem re Rv, Item cap. viii. Vs Item *om.* Y Lz cap. viii. *ante* Item *tr.* B, cap. viiii Lz 2 *inscr.* Athemio G, sub- *interl.* NY 3 applicatur N^{ac}Y pro communi] communi Y, communi pro *tr.* GESVh
270 *deest* Lc 1 *rubr. om.* Σ, De eodem *tantum* Rc, cap. *tantum* Fa, De eadem re LzRv, Item cap. clxxxii (clxxxi. Vs) NVs Item *om.* Y cap. clxxxii *ante* Item *tr.* B, cap. clxxii. Fl 2 *inscr.* Sabino diacono Vh 2 Sacrilegium Λ Σ (*praeter* Vh) *cum Reg.* legem Fa 3 studio Fl 3-4 suis temptaverit] temptaverint Y
271 *deest* Lc 2 *rubr. om.* Fa RcRv Σ 3 *inscr.* i. Euaristus papa *tantum* B Euaristus] papa *add.* Fl 3 non fit *post* Aliter *tr.* Fl, *post* coniugium *tr.* E fit] sit Fa LzRv nisi] quod *add.* Fa 5 desponsetur B legibus] ei *add.* B

---

269 Greg. M., *Reg.* 9.121 (MGH Epp. 2.124.7-8; JE 1647) Ans. 5.34; Deusd. 3.100; Bon. 5.63; Grat. C.17 q.4 c.2 (palea)
270 Greg. M., *Reg.* 9.89 (MGH *Epp.* 2.102.28-30; JE 1614) Ans. 5.35; Deusd. 3.99; Bon. 5.62; *Grat. C.17 q.4 c.4*
271 Ps.-Evaristus, ep. 1.2 (H 87-88; JK †20) Ans. 10.2; Bon. 10.51. Cf. Grat. C.30 q.5 c.1

detur, et suo tempore sacerdotaliter cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a paranimphis custodita et sociata a proximis tempore congruo detur et sollemniter accipiatur: et biduo uel triduo orationibus uacent et castitatem custodiant, ut bone soboles generentur et Domino in suis actibus placeant. Taliter enim et Domino placebunt et filios non spurios sed legitimos et hereditabiles generabunt. Quapropter, filii karissimi, ita peracta legitima scitote esse coniugia: aliter uero presumpta non coniugia, sed aut adulteria aut conturbernia aut stupra uel fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate, nisi uoluntas suffragauerit propria et uota succurrerint legitima.

63. DE CONIVGIIS ALIQVA NECESSITATE DIVISIS

272 CAP. I.

Leo episcopus Nicete Aquilegensi episcopo. Cum per bellicam cladem et per grauissimos hostilitatis incursus ita quedam sunt diuisa coniugia, ut abductis in captiuitatem uiris femine eorum remanserint destitute, que uiros proprios aut interemptos putarent aut numquam a dominatione crederent liberandos, et in alienum coniugium sollicitudine cogente transierunt. Si aliquando nonnulli eorum qui putabantur perisse remeauerint, necesse est ut legitimarum federa nuptiarum redintegranda cre-

---

6 sacerdotalibus Rc   8 congruo tempore *tr.* Σ   dentur Rc   sollemniter accipiatur et *om.* Λ (*homoiotel.*)   9 uaceat Rc   10 placeant *post* Domino *tr.* Σ   et[2]] ut B   11 spuriores Fa, suspirios Vs[ac]   12 karissimi filii *tr.* VlW   peracta] pacta W   aliter] alterum VsFa   13 sumpta Vh conturbernia aut *om.* E (*homoiotel.*)   14 quam] que W   14-15 non—propria] nulli dubium est nisi uoluntas suffraguaerit propria *post* 12 coniugia *tr.* Fa dubitare BLzRv[ac], dubitetis *corr.* Rv   15 et] nisi Fa

tit. 63 1 *rubr. et c.* 272 *om.* Vh, *desunt* Lc

272 2 *rubr.* NYVs BLz *cum capitulatione*: *om.* CFlFa RcRv Σ (*absque* Vh)   3 *inscr.* episcopus] papa B   Aquilegensi C LzRv: Aquileiensi FlNYVs VlWGS, Aquiliensi Rc, Aquilensi E, Aquileinense Fa, Equilegiensi B   4 hostilitatis] utilitatis Lz   ita *post* quedam *repet.* Y   quedam] que Rc   sint VlWG (diuisa sint *tr.* VlW), sit S   5 ut] uel *add.* LzRv   6-7 domanatione S, damnatione VlWE   7 crederent] eos *praem.* LzRv   8 transierint (transierit Lz[ac]Vs[ac]) Vs Λ (*praeter* B) *cum orig.*

---

272 Leo M., ep. 159.1-4 (PL 54.1136A-1137B; JK 536) quibusdam omissis; *ex* Ps. Isid. ep. 59 (M 866D-867C; H 621 *ex* Hisp.)   Ans. 10.22.   Cf. Grat. C.34 q.1 c.1 3-8 'Cum—transierunt': M 866D12-867A5   8-9 'nonnulli—remeauerint': M 867 A6-7   9-11 'necesse est—reformetur': M 867 A13-B1

damus et remotis malis que hostilitas intulit unicuique id quod legitime habuit reformetur. Nec tamen culpabilis iudicetur et tamquam alieni iuris peruasor habeatur qui personam eius mariti qui iam non esse estimabatur, assumpsit. Si autem mulieres ita posteriorum uirorum amore sunt capte ut malint his coherere quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notande, ita etiam ut ecclesiastica communione priuentur donec ad legitimum redeant coniugium.

64. QVOD RELIGIONIS CAVSA NON SINT SOLVENDA CONIVGIA

273 CAP. CCXXXVII.

Gregorius Theotiste patricie. Sunt quidam qui dicunt religionis causa coniugia debere solui. Verum sciendum est quia etsi hoc lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit. Per se enim ueritas dicit: 'Quod Deus iunxit, homo non separet.' Qui etiam ait: 'Non licet uiro dimittere uxorem excepta fornicationis causa.' Quis ergo huic celesti legislatori contradicat? Scimus quia scriptum est: 'Erunt duo in carne una.' Si igitur uir et uxor una caro sunt et religionis causa uir dimittit uxorem uel mulier uirum in hoc mundo remanentem uel fortasse ad illicita migrantem,

---

10 et] ut Rc hostilitas] utilitas Fa^{ac} contulit S 11 informetur E 12 peruasor] et *add.* S 12-13 estimatur Fl 13 Si autem] Autem ita G 14 his *om.* Lz 15-16 donec—coniugium *deest orig.*, donec red. ad legitimum (legitimam Rv^{ac}) LzRv

tit. 64 *deest* Lc 1 *rubr. marg. infer.* Rv, Quod coniugia religionis causa non soluantur Vh, Ne soluantur coniugia Vl sint *om.* GES, sunt Y Λ

273 *deest* Lc 2 *rubr. om.* Fa Λ (*praeter* B) Σ 3 *inscr.* Theodotiste VsFa, Teoctiste Vl, Theoctistae W *cum Reg.* 4 etsi] et NY Σ, si Fl hoc] hec G 4-5 humana concessit lex *om.* Rc (*homoiotel.*) 5 tamen] autem E dixit Y Σ (*praeter* Vl) 6 coniunxit FlFa Σ (*praeter* G) *cum* Ψm, *Vulg. et Reg.* (*var.*) Qui etiam ait *om.* Λ uiro] homini Σ, *deest Reg.* Ψm 7 excepto Fa Λ (*praetor* Rc) causa fornicationis *tr.* FlVs *cum Reg.* Ψm celestis Vh, *om.* E 9 uir et uxor] et uxor et uir E dimittet VlW uel] id est B 10 uel *om.* Fa illicita *om.* Λ

11-13 'Nec tamen—assumpsit': M 867 B2-5 13-15 'Si autem—priuentur': M 867 C2-6 15-16 'donec—coniugium': cf. M 867 C9-10

273 Greg. M., *Reg.* 11.27 (MGH *Epp.* 2.294.18-27, 295.11-14; JE 1817) plurimis omissis post 13 'accusare'; cf. Ps. Isid. ep. 4 (M 1117C/D, 1118B; H 744-745 *ex* ed. Maur.) Ans. 10.18. Cf. Grat. C.27 q.2 c.19 5: Matth. 19.6 6: Matth. 5.32 8: Matth. 19.5

que est ista conuersio in qua una eademque caro et ex parte transit ad continentiam et ex parte remanet in pollutione? Si uero utrisque conueniat continentem uitam ducere, hoc quis audeat accusare? Si uero continentiam quam uir appetit uxor non sequitur aut quam uxor appetit uir recusat, diuidi coniugium non licet quia scriptum est: 'Mulier sui corporis potestatem non habet sed uir: similiter et uir potestatem sui corporis non habet sed mulier.'

274 Item de eadem re cap. xliiii.

Gregorius Adriano Panormitano notario. Agathosa mulier questa est uirum suum contra uoluntatem suam in monasterio Vrbici abbatis esse conuersum. Quapropter experientie tue precipimus ut diligenti inquisitione discutiat, ne forte eius uoluntate conuersus sit uel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repperit, et illum in monasterio permanere prouideat et hanc, sicut promisit, mutare compellat. Si uero nichil horum est, nec quoddam fornicationis crimen propter quod licet uxorem dimittere, predictam mulierem commisisse cognoueris, ne illius conuersio uxori relicte in seculo fieri possit perditionis occasio, uolumus ut maritum suum illi, etiamsi iam tonsoratus est, reddere debeas omni excusa-

---

11 ista *om.* NY Σ in qua] que Fa transit CFl Rc VlWVh *cum* Ψm (*et var. Reg.*) : transiit *cett. cum Reg.* 12 remanet *post* pollutione *tr.* SVh pollutionem LzRv uero] ergo Y 13 audet Vs, audiat S 16 potestatem[1] *ante* 15 sui *tr.* Rc potestatem[2] *post* 17 corporis *tr.* E *cum Reg.* *aliud c.* (*folii excisione mutilatum*) *marg. inf. inser.* Lz (*vide proleg.* § 36)

274 *deest* Lc 1 *rubr. om.* Σ, De eodem *tantum* Fa, De eadem re RcLzRv Item *om.* Y cap. xliiii *ante* Item *tr.* B 2 *inscr.* Parnomitano SVh 3 in *om.* E Vrbicii SVh 4 tue *om.* B 5 discutias (... 6 reppereris ... 6-7 prouideas ... 7 compellas) Lz, discutiant Rc ipsa] ipse Vs 5-6 mutare promiserit] mutauerit aut mutare permiserit Fa 6 repperit Σ (*praeter* WG) 8 est] sed *add.* Vl quoddam] quondam NYVs Λ (Rc[ac]) *cum Io. Diac.*, quendam Fa 8-9 propter quod non licet uiro dimittere uxorem Vl 9 illis Rc 10 uxoris FaRcE uolumus] etiam *add.* E 11 illi] illa E tonsoratus (tonsuratus WE)] consortiatus N[ac]YG, tonsuratus uel consortiatus (consortitus Vh) SVh 11-12 excusatione] concedit *male add.* Fa (*cf. lin.* 15)

15: 1 Cor. 7.4

274 Greg. M., *Reg.* 11.30 (MGH *Epp.* 2.300.20 - 301.5; JE 1820) *ex* Io. Diac. *Vita* 4.41 (PL 75.203C-204A) Ans. 10.19. Cf. Grat. C.27 q.2 c.21

tione cessante, quia etsi mundana lex precipit conuersionis gratia utrolibet inuito solui posse coniugium, diuina tamen lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis causa uirum uxorem dimittere nulla ratione concedit, quia postquam copulatione coniugii uiri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti et ex parte in seculo remanere.

275 ITEM DE EADEM RE CAP. XLIII.

Gregorius Felici Sipontino episcopo. Peruenit ad nos quod Felix nepos tuus Euangeli diaconi tui filiam stupro decepit. Quod si uerum est, quamuis esset graui de lege pena plectendus, nos tamen aliquatenus legis duritiam mollientes huiusmodi disponendo, id est ut aut quam stuprauit uxorem habeat, aut certe si renuendum putauerit districtus ac corporaliter castigatus excommunicatusque in monasterio in quo penitentiam peragat retrudatur, de quo ei nulla sit egrediendi sine preceptione licentia.

---

12 conuersationis FlN (conuersionis N^{ac}) Vl W^{ac}GSVh *cum var. Reg.*, conuersationi E 12-13 utrolibet] ut quolibet Lz 13 coniugia Y 14 excepto Λ (*praeter* Rc) 14-15 nulla ratione concedit] non licet Y 15 copulatione *om.* W, copulationem S coniugia BE mulieris] uxoris N 16 efficiatur B conuerti *post* potest *tr.* Vh secula Y 16-17 permanere Rv

275 *deest* Lc 1 *rubr. om.* Σ, *De eadem re Fa* RcLzRv, *Item cap.* xliiii N Item *om.* Y cap. xliii. *ante* Item *tr.* B, cap. xliiii (*contra capitulat.*) CFlVs 2 *inscr.* Sipontino] Sepontino (Sepontio S) C^{ac}NYVs BRc Σ episcopo *om.* E 2 Felix *om.* Vh 3 Euangeli CY Lz W *cum Reg. et Io. Diac.*: Euangelii *cett.* diaconi *om.* S tui] tuam E stupro *om.* Σ (*praeter* Vl) deceperit Vl *cum orig.*, decipit S 4 graui *ante* quamuis *tr.* Y tamen *om.* Σ 5 disponendo] disponimus Σ (*praeter* disponendos decreuimus Vl) ut *om.* Fa aut *om.* G 6 habeat] accipiat Lz districtius Vl *cum Reg.* (*var.* districtus) 7 monasterium Σ *cum Io. Diac.* 8 ei *om.* Vh, *post* sit *tr.* Fl, in S sine] nostra *add.* Fl (*supra lin.*) Σ *cum orig.*

14: Matth. 5.32

275 Greg. M., *Reg.* 3.42 (MGH *Epp.* 1.199.10-16; JE 1246) *ex* Io. Diac. *Vita* 4.40 (PL 75.203C) Ans. 10.36; Ivo Decr. 8.29